

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput VIII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

ut initio ab aqua vix discerni possit: mox in ea coaguletur, ac telæ albæ instar supernatæ styloque quopiam superne detractus, colorem album liquido manifestet. *Doring. l. 1. de Opobalsc. c. 5.* Indicum seu Occidentale ex Occidentali India in Hispaniam afferunt: Liquor est arboris Xilo dictæ; cuius cortice, qui tenuis est, vulnerato, liquor tenax, subalbidus, paucus, quem incollæ sibi reservant, affluit. Sed ex rāmis & truncis assulatim & minutim concisis, & cum aqua in Lebere decoctis, ubi refixerit. Conchis oleum supernatans colligunt, quod ex nigro rubet, odoris suavissimi, gustus acuti & aliquantum amari. Libra in Hispania tribus ducatis vñnit. Cum olei uncia una decem aut viginti vendetur. *Bauchin, in Dioſc. Betel* à fluvio nomen habet folium, qui non procul à Cambaja fluit. Nascitur ex planta, quæ advolvit aliis, egerque præsidio pedamentorum. Neque florem neque succum gerit. Manditur ab Indis in quotidiano ocio. Sufficere enim vires putant in Venerem. Labia ex eo rubicunda, dentes nigri. *Mathiol. lib. 4. Dioſc. cap. 12.* Mensem movere si largius edatur. Idcirco mulieres Tarnasfari mariti securæ manes, manducazione illius querunt dementiam, inventa rogum confundunt, & tremuntur. Aqua aspergitur, qua soluta, fit calx è conchis facta: tum demum mandiuntur. *Scalig. Exerc. 146. f. 2.*

## CAPUT VIII.

DE BETONICA, BETULA,  
Bernavi & Buxo.

**B**etonica loca sacra & busta, à visib⁹ metuendis tueri ac defendere dicitur; tamque validæ facultatis, ut ossa quæque confracta extraheat. Cum salis momento contusa, naribusque immissa, sanguinem inde fluentem sif sit. *Mathiol. in 5. Dioſc. cap. 1.* *Betula* frigido & nivoso gaudet tractu. Caudex terebro per for-

P  
fortu agen  
el adominis  
lor, il diuini  
dilecta co  
na pacie lu  
pinguidine,  
quidam pice  
quidam et  
pius huc ha  
bonitas pri  
gumur, &  
la que delia  
hote spacio  
iamque p  
patum pe  
toque ma  
tene, don  
tur, & no  
nam sanita  
xes. Natoce  
Id vel fece  
delectatur  
nascitur &  
bibit sulph  
viftioliati  
denicafalp  
dolentis in  
culi & incis  
primatur,  
sanguinem  
aqua papas  
minutum  
*Diosc. 1.*

foratus ingentem aquæ clarissimæ copiam reddit. Vis  
el ad comminuendos , tum renum , tum vesica calculos ,  
si diutius bibatur. *Mathiol. L. t. c. 93.* Ananii ex  
deliberato contortoque ejus caudice faces ad nocturna  
parant lumina , quæ quia bituminosa redundant  
pinguedine , tæde conflagrant modo , & resinosi  
quiddam picis reddunt colorem. *Bernavi electuarium*  
quoddam est , à vicinis Indis consecutum , de quo *Al-  
pinus* hæc habet. Ab assūmia istius electuarii uncia ,  
homines primo hilares fieri incipiunt , multaque lo-  
quuntur , & canunt amatoria , multumque rident , a-  
liaque deliramenta læta produnt : quæ amentia fere per  
horæ spaciū durat. Ab hac iracundi statim fiunt , in  
itamque precipitantur , effenesque redundunt , in qua  
patum perlustunt. Demum si tristari incipiunt , tan-  
toque mætore & timore anguntur , ut continuo plo-  
rent , donec his deliramentis lassati somno corripiān-  
tur ; & medicamento per somnum devicto , ad pristi-  
nam sanitatem redeant. Tantum *Alpinus*. In ligno *Ba-  
zeo* Narcotica quædam vis est , & sulphur soporiferum.  
Id vel fœtor , quem contrahit , ostendit , & natale quo  
deleatur solum. In montanis enim & saxosis locis  
nascitur & luxuriat , fœditissimumque exugendo im-  
bibit sulphur. Ex ejus rasura exstallatur aqua spiritus  
vitriolati instar. Gravissimus dentium dolor sedatur ,  
dentiscalpium ejus oleo , si intinctum & in radicem  
dolentis immisum fuerit , idque , tam subito , ut mira-  
culi & incantationis instar , dolor prorsus avolet & op-  
primatur. *Quercet. Tetr. cap. 16.* Flores ejus adeo  
sanguinem purgate feruntur , ut si dr. 1. pulveris cum  
aqua papaveris rhœadis exhibita , sanguis post horam  
mittatur , floridus is emanet. *Petrejus in Noſol. Harm.*  
*Discurs. 14.*

## CAPUT